GREGORIUS MAGNUS

Deutschland, um 1300

Seite 91r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26047
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mutatis nutibus transeunt dum per a
dunanctis animabus in modos innume
ros transeunt esurienti mente inceptas
divisas. Hanc vagationem pulli cor
vorum id est gentilium filii abiecto gentium
magistro didicerunt. Ipse quippe quem va
lida caritate flagrat tam nimia
ex locis ad loca se vagatione permu
tat. Transire ad alia exalus appetit
quia ipsa eum quae implet caritas impel
lit. Longe namque Romanis positus
scribit: Memoriam vestri semper facio in
orationibus meis, obsecrans si quomodo
tandem prosperum iter habeam in voluntate
Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre
vos. Retentus Ephesi Corinthiis scri
bit: Ecce tertio hoc paratus sum veni
re ad vos. Rursus Ephesi commorans
Galatheis loquitur dicens: Vellem
esse apud vos et mutare vocem meam.
Rome quoque custodia carceris clausus
quia ire per semetipsum ad Philippenses
non permittitur transmittere disciplin
pollicetur dicens: Spero in Domino Iesu
Thimotheum me mittere cito ad
vos ut ego bono animo sim cog
nitis que circa vos sunt. Constric
tus in vinculis atque Ephesi retentus
Colosensibus scribit: Nam si corpore
absens sum spiritu vobiscum sum.
Ecce quomodo sancto desidio quasi vaga
tur. Hic corpore tenetur illuc spiritu du
citur et pastum amoris affectum istis
presentibus exhibet illis absentibus

ostendit. Coram positis impendit
opera audientibus exprimit vota ef
ficacie presens eis cum quibus erat
nec tamen ille absens cum quibus
non erat. Cuius vagationem melius
cognoscimus si eius adhuc ad Co
rinthios verba pensamus. Ait enim:
Veniam ad vos cum Macedoniam
pertransiero. Nam autem Macedoniam per
transibo. Apud vos forsitan manebo
vel etiam hiemabo. Perpendamus quid
so que sit ista vagatio. Ecce alio
interim manet alio se iterum prohibet
atque alio deflexurum permittit. Quid
est quod tam anxie per tot loca par
titur nisi quia ecce omnes una caritate
constringit. Caritas enim quia divisa
unire consuevit unum cor Pauli di
vidit per multa compellit. Et tamen
tanto actius intus colligit quanto
latius per sancta desidia spargit. Predican
do quia Paulus vult simul omnia
dicere amando simul omnes vide
re decam transeundo per sacrificium
fidei vult omnibus prodesse. Vagentur
itaque pulli corvorum id est magistrum
suum imitentur filii gentium tor
porem mentis excutiant et cum
animarum lucrum id est cibum suum mi
nime reperiunt non quiescant ad
perfectius se exprofectibus extendant et
estuantes in multitudine utilita
tem multorum refectione suam quasi va
gantes esuriant. Quia vero per pdi